UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.II. Evangelicorum Declarationes Ultimæ über beyde Puncten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1648. Januar. tani das beſte thun wolle, falls aller Orten ſpecifice gedencken, weil Niemand unſchuldiger um das ſeine, als ſein frommer Herr, komme, welchem keiner das ſeine abzuvotiren, ſondern nur, wie Baden, begehre, daß die Evangeliſchen einander nicht verlaſſen. Clauſula ſalvatoria placet, Pfaltz-Heidelberg, Sultzbach wegen, wie vorſtimmende, ſonderlich Weymar und Darmſtadt; Baden werde billig reſtituiret; Würtemberg ſey nicht zu verlaſſen; Sayn mag ſeine Sache rechtlich ausfechten; Waldeck wegen, wie Zelle. Iſenburg, Solms, wie Darmſtadt. *§. Debita &c.* Ad Majora, Acken ſey zu helffen; Cauſa Juſtitiæ, wie Calenberg; Præſentatio werde ſich ſchon ſchicken; Modus agendi, wie Altenburg. Den Catholiſchen ſolle man von Ultimis ſagen, dann ſonſten werden ſie weiter zu cediren in uns dringen. 1648 Januar

Sachſen-Lauenburg: Wiſſe ex tempore nichts zu verbeſſern, bittet um Communication, inſertis monitis & auditis Intereſſatis, wie Würtemberg und Grubenhagen. Terminus wäre cum exceptionibus in continenti adjectis zu behaupten, darum falle Augſpurg, Oßnabrück. Die Chur-Pfältziſche Sache ſey zu conditioniren, daß nemlich Bayern uns Satisfaction gebe, und den Friedens-Schluß treiben ſolle; Juſtitia möge befördert werden, tanquam res maxime neceſſaria; modus procedendi, wie Mecklenburg.

Anhalt: Wie Altenburg, Weymar, Braunſchweig & majora.

Henneberg: Wie Altenburg, Weymar, Braunſchweig, ſonderlich addatur Acken.

Thumshirn: In *§. Sileſii* &c. könne man nichts vergeben, Chur-Sachſen werde ſich der Sachen eyfrig annehmen; mit den Reformirten müſſe man ein gantzes machen.

Weiſſenburg: Wie Altenburg, bedancke ſich empfundener Aſſiſtenz von denen Evangeliſchen; bey Sarby ſollte man cauſam ſalvatoriam entweder weglaſſen oder reciprociren. Solms, Iſenburg, Sayn, Pirmont, reſtituantur; perpetuitas modificetur in puncto Eccleſiaſticorum Gravaminum; Modus agendi, wie Altenburg.

Strasburg: Halte nicht, daß die Kayſerlichen in *§. Debita* &c. Verſ. *tertii*, da Speyer contra Speyer gedacht werde, Difficultät machen, weiln die Kayſerlichen ſelbſt ſagen, was nicht expreſſe gedacht werde, ſey richtig, ſonſten in *§. Debita* falle die Frage ein: Num hoſti vim ferenti ſoluta creditor repetere poſſit? *Grotium* reſpondere, non ſolum hoſtis perſonæ, ſed & hoſtis bonorum & occupata in bello indifferenter fieri occupantis? Doch müſſen facta examiniret, und das Jus darnach appliciret werden. Catholiſche werden nicht, ſondern nur Städtiſche paſſive intereſſiret ſeyn, der Biſchoff zu Speyer ſey der Stadt zu mächtig, alſo exempli loco zu behalten, bittet im Ende nun ein Atteſtat.

Reliquæ Civitates: Wie vorſtimmende. Gratias agebat, **Nürnberg** pro aſſiſtentia in cauſa Appellationis St. Eliſabethæ: **Lindau und Weiſſenburg** in Cauſa Oppignorationum &c.

N. II.

Exhibit. Oſnabr. Cæſareis, Suecis & Catholicis, die 11. Jan. 1648. & Dictat. d. 12. ej. ſub Direct. Altenb.

Evangelicorum Declarationes Ultimæ circa Prooemium Inſtrumenti Pacis, ut etiam Amneſtiæ & Gravaminum puncta.

I.

Ultima der Evangeliſchen Exigente hoc fide publicâ, ſtet firmum quod utriusque Partis conſenſu mu-

1648. Januar. circa Procœmium Amneſtiam & Gravamina. mutatum non eſt; ideoque quoad ea, quæ in ſubſequentibus vel correcta ſunt vel mutata, vel ad ulteriorem compoſitionem remiſſa non inveniuntur, Evangelici conſtanter inſiſtunt iis, quæ tam de Procœmio, quam de puncto Amneſtiæ & Gravaminum jam dum conventa ſunt, nec Dominos Catholicos reſiliendi licentiam ſibi ſumpturos, multo minus Cæſaream Majeſtatem hoc ipſis conceſſurum opinari poſſunt. 1648. Januar.

II.

In Procœmio, titulo *Imperatoris*, deſiderant addi: (*Semper Auguſtus*) Art. 3. poſt verba: *Factis mutationibus*, deleantur verſiculus: *Quantum verò*; & vers: *Quodſi &c.* atque ſurrogetur: *Quemadmodum verò tales reſtitutiones omnes & ſingulæ intelligendæ ſunt ſalvis juribus quibuscunque tam directi, quam utilis Dominii, in vel circa bona reſtituenda, ſive Secularia ſive Eccleſiaſtica, ſive reſtituenti, ſive reſtituendo, ſive cuivis tertio competentibus, ſalvis item litispendentiis, deſuper in Aula Cæſarea ſive in Camera Imperiali, vel aliis Imperii immediatis aut mediatis Dicaſteriis vertentibus.* Ita hæc Clauſula Salvatoria ipſam Reſtitutionem nullatenus impediat, ſed competentia Jura, Actiones, Exceptiones & litispendentiæ poſt factam demum reſtitutionem coram competente Judice examinentur, diſcutiantur & expediantur; multò minus hæc reſervatio ipſi Amneſtiæ univerſali & illimitatæ quicquam præjudicii afferat, aut etiam ad Proſcriptiones, Confiſcationes & ejus generis alienationes extendatur, vel Articulis aliter conventis interque hos compoſitioni Gravaminum aliquid deroget, nam quantum Juris in bonis Eccleſiaſticis hucusque controverſis ejusmodi reſtituti vel reſtituendi ſint habituri, patebit infra Articulo de Gravaminum Eccleſiaſticorum compoſitione.

Artic. 4. deleatur Vers: *Vt autem &c.* & ſubſtituatur: *Et quamvis ex hac præcedenti regula generali facile dijudicari poſſit, qui & quatenus reſtituendi ſint, tamen ad inſtantiam quorundam, de quibusdam gravioris momenti cauſis, prout ſequitur, ſpecialiter mentionem fieri placuit: ita tamen, ut expreſſe non nominati propterea pro omiſſis vel excluſis non habeantur.*

§. *Ante omnia de Cauſa Palatina &c.* maneat per omnia ut inter Cæſareos & Regios Dominos Legatos conventum eſt.

§. *Controverſia &c.* deleatur vers: *Ad hæc omnia &c.*

§. *Domus Wirtembergica &c.* Reſervatum Spirenſe aut tanquam ſuperfluum & in præcedenti Clauſula reſervatoria generali comprehenſum erit omittendum, aut ita formandum: *Reſervatis juribus, quæ modernus Elector Trevirenſis, tanquam Epiſcopus Spirenſis in quædam bona Eccleſiaſtica in Ducatu Wirtembergico ſita prætendit, atque citra præjudicium eorum, qui tam circa univerſalem Amneſtiam ſuperius, quam infra de Gravaminibus Eccleſiaſticis conventa ſunt, jure exigi atque exerceri poſſunt, ſalvis viciſſim Principi Wirtembergico ſuis, quas e contra habet, aut habere poteſt, exceptionibus, beneficiis atque remediis juris quibuscunque.*

§. *Dux de Croy &c.* deleatur vers: *Maneat dictum Dominium &c.* & ſurrogetur: *quæſtione Jurium Imperii ratione Vinſtingen ad Cameram remiſſa.*

§. *Comitibus Naſſau-Saræpontanis &c.* deleantur verba: *vi armata & publica*; deleantur etiam verba; *Salvis utrobique &c.*

§. *Quod vero ad Comitatum Pirmont &c.* poſt verbum: *attinet*, addatur; *reſtituatur & maneat in momentanea poſſeſſione, qui eam poſt mortem ultimi*

Comi-

1648. Januar. *Comitis de* Gleichen, *apprehendit.* Deleantur verba: *circa modernæ poſſeſſionis controverſiam maneat Domus* Waldeck *in ea.* 1648. Januar.

§. *Debita &c.* poſt verbum: *vocentur*, ponatur: *Si.* Verba: *denuò non exigantur*, omittantur & ſurrogentur: *Contra debitores probantes violentiam & realem ſolutionem nulli Proceſſus executivi decernantur, niſi dictis exceptionibus prævia plenaria Cauſæ cognitione deciſis.*

In Exemplaribus quæ Cæſar. & Catholic. exhibita ſunt, hic §. omiſſus eſt.

§. *Sententiæ &c.* retineantur verba: *prout contigiſſe dicitur in Cauſa* Speyer *contra* Speyer *prætenſæ demolitionis Udenheimenſis*; ſi verò, ut retineantur, impetrari non poteſt, detur Spirenſibus Atteſtatum a Dominis Cæſareis & Dominis Suecicis Plenipotentiariis ſimul ſubſcriptum, quod hac deletione non obſtante, Civitas Spirenſis ſub Regula verſic. *Sententiæ &c.* comprehenſa ſit.

§. *Vidua & heredes à Brandenſtein &c.* addatur: *reſtituantur in omnia ex cauſa belli adempta, nec creditoribus in vim ſolutionis conceſſa bona, & irrevocabiliter indulta jura*; cætera deleantur.

Circa *Art. V. de Compoſitione Gravaminum*: §. *1.* in principio, pro: *maximam*, ponatur *magnam*.

§. 2. Vers. *Quod ad Civitatem Donawerdam &c.* poſt verba: *gaudent*, addatur: *Salvo tamen jure tertii.*

Vers. *Civitates &c.* poſt verba: *numerus*, ponatur: *Civibus Aquisgranenſibus Auguſtanæ Confeſſionis & Proteſtantibus liceat extra territorium Civitatis, templum exſtruere inque eo Religionis ſuæ cultum, absque Magiſtratus Aquisgranenſis impedimento, publice exercere: neque denegetur iisdem receptio in ordinem tribuum atque opificum dictæ Civitatis.*

§. 3. Pro verbis: *in perpetuum*, ponatur: *usque dum de Religionis diſſidiis per Dei gratiam mutuo conſenſu convenerit.* Ibidem poſt verba: *aliquod inferre*, addatur &c. *Si verò, quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hæc Conventio perpetua ſit, & Pax ſemper duratura.* Idquod repetitum cenſeatur, quoties in §vis ſubſequentibus amicabilis compoſitio de Religione pro termino ad quem ponitur.

Verſic. *Si igitur &c.* ponatur ſic: *Si igitur Catholicus Archi-Epiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, item Auguſtanæ Confeſſionis in Archi-Epiſcopum, Epiſcopum, Prælatum Electus vel Poſtulatus &c.* In eodem Vers. omittantur verba: *alii Religioſi*, & ſubſtituantur: *Alii Clerici ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ.*

§. 4. Poſt verb. *adverſum*, addatur: *ſicut etiam pariter, in Epiſcopatibus & Eccleſiis, in quibus Catholicis & Auguſtanæ Confeſſionis Ordinibus mixta jura admittuntur, ſtatutis antiquis nihil de novo admiſceatur, quod Catholicorum & Auguſtanæ Confeſſionis addictorum conſcientiam & cauſam lædere eorumve jus imminuere poſſit.*

§. 9. Vers. initiali, deleatur verb. *perpetuo*, eod. Vers. deleatur verb. *Evangelicorum*, & ſurrogetur: *Auguſtanæ Confeſſionis Statuum.*

Vers. *Unicum &c.* in fine, omittatur verb. *perpetuo* & ſubſtituatur, *donec controverſiæ Religionis compoſitæ fuerint.*

§. 12. Vers. fin. pro verbo *decennali* ponatur *ſexennali.* Eodem Vers. verba, *quod ſi intra*, usque ad verbum *præfigatur*, incluſivè, expungenda; deleantur etiam verba: *Si etiamnum moras nectant.*

§. 14.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Januar.

1648. Januar.

§.14. *A ſola &c.* vers. *Territorii*, poſt verb. *Jus eſto*, addatur; *quantum equidem ad publicum exercitium attinet: Subditi verò propter mutatam interim Religionem, pendente Territorii controverſia migrare non cogantur.*

§. 16. Pro verbis: *penitus ſublata eſto*; ponatur: *usque ad compoſitionem Controverſiarum Religionis mutuo conſenſu initam, penitus ſuſpenſa eſto.*

Eod. §. pro Verb. *ad executionem* ponatur: *ad excommunicationem.*

§. 20. Vers. *Aſſeſſores ab & e Circulis*, usque ad Verb. *Inferioris Saxoniæ* incluſivè, deleantur & ponatur: *Aſſeſſores Cameræ ſint numero ex utraque Religione pares, præſententur ab- & è Circulis, quorum Conditio & Status cum non ſit idem, præſentatio inter Catholicos & Evangelicos ſubſequenti modo diſtribui commode poteſt.*

	Catholicos.	Evangelicos.	
Cæſar. Maj. præſentet	1.	1.	
Dom. Electores modo inter ipſos conveniendo	5.	5.	
Electoralis Circulus	2.	2.	
Superioris Saxoniæ	-	4.	
Auſtriacus	2.	-	
Burgundicus	2.	-	modo inter Status cujusque Circuli conveniendo.
Franconicus	2.	2.	
Bavaricus	4.	-	
Suevicus	2.	2.	
Superior Rhenanus	2.	2.	

Ita ut præſentatio vel à Principibus convocantibus pro æquali parte, vel à Statibus Circularibus conjunctim fiat.

Weſtphalicus	2.	2.

Præſentatio à Circularibus Statibus conjunctim inſtituenda.

Inferioris Saxoniæ	-	4.

Et hæc præſentatio vel à Principibus convocantibus pro æquali parte, vel à Circularibus Statibus conjunctim expediri poteſt.

III.

Quod attinet ad Artic. 4. §vum *Fridericus Marchio-Badenſis &c.* Item §. *Domus Sain &c.* cum præſertim quoad dictum §vum *Domus Sain* &c. novæ conditiones propoſitæ dicantur, rogant Evangelici, ut quam primum ex æquo & bono componantur. Si quæ verò difficultates de illis §§vis inciderent, certiores facti Evangelici promittunt, ſe omnem operam navaturos, ut citra Pacis protractionem æquis rationibus removeantur obſtacula, & utraque cauſa ad compoſitionis metam tandem deducatur & perveniat.

§. *Tandem omnes &c.* ponendus eſt, ut inter Dominos Cæſareos & Dominos Suecicos Plenipotentiarios, quam optimo Amneſtiæ cum effectu conveniet.

Art. 5. §. *Sileſii etiam &c.* expectatur à Cæſarea Majeſtate mitior declaratio, ſicuti Evangelici omnes ſuas pro Regno Bohemiæ & hereditariis Provinciis humillimas interceſſiones, petitiones & adductas prægnantiſſimas rationes huc repetitas volunt.

§. VI.